

David Chyträus Alexis Burcardi Hermann Crispinus

**PROPOSI=||TIONES ||(DE SENTENTIA:|| NON VENI SOLVERE LE=||GEM, SED  
IMPLERE:||) DE QVIBVS, DEO || IVVANTE, PRAESIDE || D. DAVIDE CHYTRAEQ,||  
publicè respondebunt.|| NICOLAVS LINDEBER=||GIVS Perlebergensis.|| SAMVEL  
LINSIVS Lindaien=||sis.|| HERMANNVS CRISPINVS || Oldeburgensis.||  
IOACHIMVS MYLIVS Gra=||boënsis.|| ALEXIVS BVRCARDI Tor=||gensis.|| 29.  
Aprilis, hora 6.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1564

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1048919153>

Druck Freier  Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1048919153/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1048919153/phys_0001)

F. a - 3077. <sup>1-6</sup>  
=

57 b. 19







5  
PROPOSITIONES  
DE QUIBUS, DEO  
IUVANTE, PRAESIDE  
D. DAVIDE CHYTRÆO,  
publicè respondebunt.

NICOLAUS LINDEBERGIVS  
Perlebergensis.

SAMVEL LINSIVS  
Lindauicenis.

HERMANNUS CRISPINUS  
Oldeburgensis.

IOACHIMUS MYLIVS  
Grasboënsis.

ALEXIVS BVRCARDI  
Torgensis.

29. Aprilis, hora 6.

ROSTOCHII  
Stephanus Myliander  
excudebat.

M. D. LXIII.

Magnifico D. Lectori et Doctrina  
ac Virtute excellentissimo viro  
Iohanni Boukio utriusq. iur. D.

pro  
Bucca-  
laureatus  
Nam d. 4. Martii  
cod. A. 15. 64.  
in solenni  
a. d. p. r. m.  
h. u. d. l. o. r. o. d. o. c. t. o.  
r. u. e. t. u. n. i. q.  
l. i. c. i. n. q. u. i. n.  
p. e. r. B. u. c. c. a.  
l. a. u. r. e. a. t. u. s.  
p. r. o. d. u. c. t. u. s.  
c. o. n. t. r. a. h. e. n. t.  
t. e. s. t. i. f. i. c. a.  
c. u. l. a. F. C. H.  
T. S. l. R. o. s. t. o. c. h. i.

PROPOSI

TIONES

DE QUINQUE DIE

IVANTIA, PRÆSIDII

D. D. DEUS CHRISTI

1700



IN VITIS

ALTIORIBUS

1700

IN VITIS

ALTIORIBUS

1700

PRO

DE SE  
NON V  
GEM

NICOLA

LEX  
Moralis

nominatur,

scientia & u

petuum & i

pravi: pe

macreatione

na & alibi u

clarata; ob

PROPOSITI-  
ONES

DE SENTENTIA:

NON VENI SOLVERE LEGEM,  
SED IMPLERE:

*ad quas respondebunt,*

NICOLAUS LINDEBERGIVS.

I.

**L**EX DEI, quæ usitate Lex  
Moralis, & DECALOGVS  
nominatur, est æterna & immota Sa-  
pientia & uoluntas Dei, sanciens per-  
petuum & immutabile discrimen recti  
& prau: patefacta Hominibus in pri-  
ma creatione, & postea in monte Si-  
na & alibi uoce Dei repetita, & de-  
clarata: obligans omnes homines, ut

*A 2 cum*

cum hac norma recludinis, omnium  
mentes, uoluntates, consilia & actio-  
nes perfectè congruant: & accusans,  
damnans, & horribiliter puniens om-  
nes non conformes.

II.

Ut igitur sapientia & uoluntas  
Dei, seu Deus ipse, aboleri & tolli  
non potest: ita LEX, quæ est æterna  
& immota sapientia & norma Iusti-  
tiæ in ipso Deo, præcipiens recta &  
iusta, & prohibens contraria: abro-  
gari & deleri nequit.

III.

Ideo enim patefacta & tradita est  
generi humano LEX DEI, non modo  
transfusis in mentes hominum diuinæ  
huius sapientiæ radijs, uerum etiam ex-  
pressa

expressa uoce & testimonijs diuinis :  
ut agnoscamus Quod sit, & Qualis  
sit ipse Deus, uidelicet sapiens, iu-  
stus, uolens recta & iusta, & iudex  
ac uindex scelerum: & Quales nos ho-  
mines esse debeamus, uidelicet confor-  
mes huic normæ bonitatis & rectitudi-  
nis in ipso lucentis.

III.

Præcipuè uero, ut esset perpetua  
& immutabilis norma iudicij diuini  
aduersus peccatum in hac corrupta ho-  
minum natura hærens : quod Deus  
uoce Legis ostendit, accusat, & dam-  
nat, & horribiliter irascitur ac de-  
struit æternis pœnis omnes homines  
peccato pollutos, qui per Filium Dei  
non liberantur.

A 3 Hæc

## V.

Hæc sententia iudicij diuini aduersus peccata ut palam extaret & exaudiretur in toto genere humano: Deus eam sua uoce anno Mundi 2453. in monte Sinai, inter horrendos fragores & flammæ fulgurum ac fulminum repetiuit: quæ significarunt, lege Dei horrenda tonitrua & fulmina iræ diuinæ aduersus hominum peccata uibrari: & Deum sonantem uocem Legis, esse ignem consumentem,

Vindicibus flammis sibi qui contraria delet  
Ipseque iusticiæ regula sola manet.

## VI.

Itaque & horrendæ pœnæ peccatorum, quas Lex seu iusta uoluntas Dei nobis imponit, in tota uita testantur, Legem & iudicium Dei aduersus peccata, non esse abolitum, sed manere  
ratam

ratam legem, & Deum esse custodem  
Legis, & poenas exequi.

VII.

Etsi enim Deus propter Christū  
credenti peccata remittit & personam  
recipit ac iustam pronunciat: Ta-  
men propterea non approbat peccatū  
sed horribili ira damnat ac punit: Idq̄  
etiam in hominibus sanctis, uera con-  
tritione seu poenitentia, & cruce, &  
morte corporis destrui uult & aboleri.

VIII.

Quare Christus ipse, etiam si non  
est Legislator, tamen Legem Dei re-  
petit & declarat, Quia uult in Eccle-  
sia agnosci Peccatum & iram Dei,  
Lege denunciata: & quia magnitudo  
misericordiae & beneficij Christi et  
remissio peccatorū intelligi non potest,  
nisi aliquo modo intelligatur peccatum.

A 4

Per

## IX.

Per legem autem cognitio peccati.  
Roma. 3.

## X.

Itaq; non tantum docuit & illu-  
stravit Legem filius Dei, uerum etiam  
immutabilem & æternam, & nullo  
modo ex Ecclesia tollendam esse osten-  
dit, his uerbis, Non ueni soluere Le-  
gem sed implere. Amen dico uobis,  
donec transeat coelum & terra, iota  
unum, uel apex unus, non transibit  
de Lege, donec omnia fiant .s. me Chri-  
sto implente.

SAMVEL LINSIUS.

## XI.

Implet autem Christus LEGEM  
DEI, primum quia perfecte est talis,  
& præstat talem obedientiam, qua-  
lem Lex Dei flagitat.

Nullus

## XII.

Nullus enim in toto genere humano perfecte obediunt & conformis fuit Legi Dei sine omni peccato & labe, nisi solus filius Dei Dominus noster Iesus Christus.

## XIII.

Deinde, Cum omnis Lex obliget uel ad obedientiam uel ad poenam: CHRISTVS satisfacit Legi pro nobis, deriuando in se & patiendop OBNAM omnium peccatorum humanorum, quam nos iusticiae Dei, iuxta ordinem Legis æternum, debebamus.

## XIII.

Norma enim Iusticiae diuinæ perpetua & immutabilis est, ut creatura rationalis obediat Deo, uel non obediens æternis poenis destruat.

As Hinc

*Hinc ratiocinabatur conscientia  
Adami post lapsum: Ego non obediui  
Deo, sed horribili ingratitude uiolaui  
mandatum Dei. Ergo certissime &  
immutabiliter abijciar in æternã dam-  
nationem.*

*Cum igitur omnibus Angelis et ho-  
minibus hoc argumentũ insolubile esset:  
Filius Dei immensa misericordia pro  
genere humano intercessit, ac ut iustitiæ  
et Legi Dei æternæ satis fieret, semet-  
ipsum obtulit ad obedientiam et sufficis-  
entem pœnam, pro genere humano sus-  
tinendam.*

*Quare mirando iustitiæ & miseria-  
cordiæ temperamento factum est in ar-  
cano consilio diuinitatis decretũ de Re-  
demptione generis humani hoc modo fa-  
cienda*

cienda, ut filius Dei naturam humanā  
assumeret, et iustissimā iram Dei, ma-  
ledictionem Legis, & poenas, quas nos  
meriti eram⁹, pro nobis sustineret, et iu-  
stitiam ac uitam æternā nobis prome-  
reretur. XVIII.

Cum enim genus humanum sua in-  
obedientia Legem Dei uiolasset, ordo  
iustitiæ flagitabat, ut Homo poenam  
Legi debitam sustineret.

XIX.

Ac nisi massa naturæ humanæ à filio  
Dei assumpta sustentaretur, plane inte-  
riisset hominum natura, sicut corpus  
non sustentatum ab anima interit &  
in nihilum redigitur.

XX.

Deinde, ut precium & poena suffi-  
ciens pro peccatis hominum persolueret-  
tur, oportuit nobis quæ seu Redemptorem  
nostrum etiam Deum esse. Nec

*Nec tantum poenam pro peccatis  
persolui, sed etiam tale ἀντιδωκον Deo  
reddi oportuit, ut Gratia exuberaret  
supra peccatum: ne tantum à maledi-  
ctione Legis & poenis æternis absol-  
ueremur, uerum etiam nouam iustiti-  
am & uitam æternam recuperarem.*

*Nec ulla creatura, quæ non fu-  
isset Immanuel, potuisset sustinere  
iram Dei & maledictionem Legis, &  
uincere peccatum ac mortem: Sed so-  
lus Filius Dei Dominus noster Ie-  
sus Christus, ἡμεῶν ἕνεκα, hoc est, per-  
soluto pro nobis precio, nos redemit &  
liberauit à maledictione Legis, factus  
pro nobis maledictum. Gala. 3.*

*Non*

*Non igitur  
ingentem  
Dei aduer-  
sari causam fu-  
it homo &*

*Sed  
stupida  
peccati  
aut benefi-  
nem atte-  
homines n-  
aliqua tar-*

*Et si  
non satis i-  
plum Re-*

## XXIII.

Non igitur dubiū est, ueram, seriam,  
ingentem & inenarrabilem esse iram  
Dei aduersus peccatum: & maximam  
causam fuisse, propter quam filius Dei,  
homo & uictima factus sit.

## XXIII.

Sed, proh dolor, nimis securā &  
stupida sunt hominum pectora, ut nec  
peccati aut iræ Dei, nec misericordiæ  
aut beneficiorum Filij Dei magnitudi-  
nem attente considerent: imo plurimi  
homines ne quidem cogitatione & cura  
aliqua tantarum rerum afficiantur.

## XXV.

Etsi autem sanctietiam in hac uita  
non satis intelligere hoc mirandum con-  
siliū Redemptionis possunt: & erit  
hæc

hæc sapientia æternæ Academiæ propria: tamen uult Deus eam in hac uita inchoari.

XXVI.

Ideoq; inde usq; ab initio Mundi, sacrificia & maclationes Agnorum instituit, ut essent typi seu conciones de sacrificio & morte uictimæ Christi, quæ sola, iustissimæ iræ & Legi Dei satisfecit, & omnium hominum peccata expiauit.

XXVII.

Implet igitur Christus etiam Leges Ceremoniales, quia ipse fit uictima pro peccato, quæ Ceremonijs & Sacrificijs Legis Mosaicæ significata erat.

XXVIII.

Quarto, Implet Legem Imputatione donata nobis iustitia seu impleti-  
one

one Legis à se præstita, perinde ac si  
nos Legi Dei integre satisfecissemus.

X X I X.

Quinto, Inchoatione seu restitu-  
tione Legis in nobis, in quos Spiritum  
Sanctum suum infundit, ut naturam  
renouet, & obedientiam ac conformi-  
tatem cum Lege Dei in hac uita incho-  
et: & in uita æterna perficiat.

X X X.

Nam in uita æterna perfecte im-  
plebitur Lex, etiam in nobis: & prorsus  
tales erimus, quales Lex Dei flagitat.

IOACHIMVS MYLIVS.

X X X I.

Sexto: Sancit Christus & con-  
firmat LEGEM docendo & enar-  
rando ueram ac genuinam sententiam  
Legis,

Legis, deterfis erroribus & falsis interpretationibus Hypocritarum, qui fingunt Legi Dei satisfieri externa disciplina, & hanc mereri remissionem peccatorum & esse iusticiam coram Deo & meritum uitæ æternæ.

XXXII.

Nam Lex Dei, non tantum externam Disciplinam seu qualemcunq; obedientiam externorum membrorum & Philosophicam moderationem affectuum & cupiditatum, à nobis postulat: uerumetiam internam & perfectam mentis, uoluntatis, cordis, & omnium uirium & actionum obedientiam & conformitatem, expertem omnis peccati & labis, flagitat.

XXXIII.

Etsi

## XXXIII.

*Etsi autem externam obedientiam seu disciplinam, proprijs uiribus, aliquomodo præstare homines possunt: & de hac ciuili iusticia uerum est, quod Philosophi dicunt, ἐφ' ἡμῶν ἔσται, seu in nostra potestate situm esse, ut boni uel mali simus:*

## XXXIII.

*Tamen integram & perfectam cordis obedientiam & conformitatem cum Lege, nemo hominum, etiam reuolutorum, in hac uita, habere potest.*

## XXXV.

*Ideo nemo hominum in hac uita per obedientiam suam erga legem coram Deo iustificatur.*

*B Nec*

XXXVI.

*Nec obedientia nostra erga legem  
est iustitia, qua in hac uita DEO  
placemus & accepti sumus.*

XXXVII.

*Impie igitur errant, qui Patres  
seruantes legem naturæ, Iudæos faci-  
entes Legem Moysi, Christianos suæ  
Legis obseruantia saluatos esse con-  
tendunt.*

XXXII.

*Non est enim aliud nomen sub  
cælo, in quo oporteat nos saluos fieri,  
præter nomen Domini IESV: nec est  
in alio quoquam salus.*

XXXIX.

*Credimus autem nos per gratiam  
Domini nostri IESV Christi sal-  
uari*

uari sicut & Patres saluati sunt.

XI.

Hæc est iustitia, sine Lege, in  
Euangelio patefacta, quod est promissio  
remissionis peccatorum, reconcilia-  
tionis cum Deo, & iustitiæ ac salutis  
æternæ, propter Christum, pro nobis  
passum & resuscitatum, gratis, per fi-  
dem donandæ.

ALEXIVS BVRCARDI.

XLI.

FIDES est personam & beneficia  
Christi, & omnes articulos doctri-  
næ nobis à Deo traditæ, recte nosse,  
& firmo assensu amplecti: & certo  
statuere nos per solam gratiam Do-  
mini nostri Iesu Christi saluari.

B 2 Hæc

XLII.

*Hæc FIDES in Christum, non  
abolit LEGEM DEI, sed potius  
STABILIT & confirmat. Rom. 3.*

XLIII.

*Primum enim Fide agnoscimus &  
amplectimur Christum uictimam tol-  
lentem peccata mundi, Quem Typi  
& sacrificia Legis Mosaicæ signifi-  
carunt. Ita Fides stabilis Legem eti-  
am Ceremonialem, quanquam per A-  
postolos abrogata est, quia non ina-  
nem & falsam umbram, sed ueram &  
cum euentu congruentem significatio-  
nem & picturam Sacrificij & Regni  
Christi fuisse ostendit.*

XLIII.

*2. Fide stabilimus etiam Legem  
Moralem, quia Fide accipimus remis-  
sionem*

non  
tius  
n. 3.  
tol:  
typi  
nifi:  
eti:  
A:  
ina:  
tio:  
gni:  
em  
nifi:  
em

sionem peccatorum & imputationem  
iusticiæ Christi ac uitam æternam,  
perinde ac si nos integre Legi satisfice-  
cissimus. Ita Fides stabilit Legem,  
quia agnoscit Legem denunciantem  
iram Dei & æternam damnationem  
omnibus non conformibus Legi, non  
esse inane murmur, sed oportuisse pœ-  
nam à Lege sancitam persolui, & hu-  
ius pœnæ persolutionem à Christo fa-  
ctam, nobis donari.

XLV.

3. Fide accipimus Spiritum sanc-  
tum, quo adiuuante, ueram & interi-  
orem obedientiam, quam Lex flagitat,  
inchoare & perficere possumus.

XLVI.

4. Fide propter Christum placet  
B 3 Deo

Deo nostra inchoata obedientia, & si  
nondum perfecte congruit cum norma  
Legis, & multis tetrīs sordibus pec-  
catorum contaminata est.

XLVII.

5. Fide reconciliati accipient in  
æterna uita integram iusticiam seu  
conformitatem, quam Lex flagitat.

XLVIII.

6. Stabilitur Lex per Fidem, Quia  
tribuit Deo laudem ueritatis & iusti-  
tiæ, quod iuste iudicet & damnet nos  
propter peccatum, quodq; ante Dei  
oculos nil nisi culpa simus.

XLIX.

Etsi autem Christus non uenit sol-  
uere Legem sed implere: & LEX  
per fidem stabilitur: tamen nihilomi-  
nus ueræ sunt hæc propositiones, Iusto  
non

non est L  
ge sed sub  
sine operi  
tias Paul  
suis decla  
hactenus  
na seu M

Legem  
renjes N  
abrogat  
sunt.

non est Lex posita: Non estis sub Le-  
ge sed sub gratia: Fide iustificamur  
sine operibus Legis &c. Quas senten-  
tias Pauli, in ipsa disputatione copio-  
sius declarabimus. Et hæc omnia, quæ  
hactenus diximus, De Lege Dei æter-  
na seu Morali, intelligenda sunt.

L.

Leges uero Ceremoniales & fo-  
renses Moysi per Christum prorsus  
abrogatæ & una cum politia abolitæ  
sunt.

FINIS.

non est lex posita: Non est sub  
lex sub gratia: Lex in ista  
sua operibus locum non habet  
sua Pauli, in ista dispensatione copios  
sua deest, ut dicitur: Et hoc omnia, que  
habemus diximus, De Lex: De istis  
in ista Moralit, in illa...

Lexes vero Ceremoniales et for  
maliter in illis per Christum propositis  
abrogatae sunt cum potestate absolute  
sunt...

FINIS

AD  
De quibus  
VII  
M

ROSTOCK

Spe  
hrif  
Ro  
am  
ab  
tr  
cell  
s, le  
ex  
ure  
Com  
col  
lio  
ma  
os  
cu  
ter  
be  
pr  
of  
cu







HERMA

Nec tan  
persolui, sed e  
reddi oportu  
supra peccati  
tionem Legis  
ueremur, uer  
am & uitam

Nec ulla  
isset Imman  
iram Dei &  
uincere pecca  
lus Filius De  
lus Christus,  
soluto pro nob  
liberauit a ma  
pro nobis mal

ISPINVS.

pro peccatis  
Deo  
a exuberaret  
um a maledi  
eternis absol  
uam iustiti  
uperaremur.

quæ non fu  
et sustinere  
m Legis, &  
em: Sed so  
noster le  
c est, per  
s redemit &  
egis, factus  
ala. 3.

Non

Non igitur  
ingentem  
Dei aduer  
causam fuy  
omo & u  
Sed, p  
cupida sun  
peccati aut  
aut benefici  
em attent  
omines ne  
aliqua tant  
Esti au  
non satis int  
illum Red

